

anno Dominj. M°.CCC°. Secundo. In die sanctorum martyrum Geruasii et Prothasij.

På uppvecket: Jstas indulgencias confirmavit dominus archiepiscopus ad supplicacionem fratris Jsraelis.
Sigillet skadadt.

1366.

1302 d. 12 Juli.

Odenslunda.

Kaniken OLOFS af Forsa Gåfvo- och faste-bref på en del af Forsa ström, till Lagman Birger Persson.

A. 6. a.

Ego OLAUUS de fforsum, Canonicus vpsalensis, Tenore presencium notum facio, omnibus quorum interest, tam presentibus quam futuris, me, nobili viro, et michi dilecto cognato, domino .B. peterson, legifero vplandie, quatuor solidos in torrente fforsum, qui ad me pertinebant racione prediorum meorum ibidem, in communi placito habito norundie, apud villam Odinslunde contulisse seu donasse pleno iure ac ibidem super eadem donacione, firmarios vulgarter dictos fastar adhibuisse secundum patrie leges et consuetudinem approbatam. In Cuius donacionis evidenciam plenioram, presentem cedulam propria manu scripsi, et eam proprio meo sigillo signavi, Actum loco predicto, anno domini .M°. CCC°, secundo, IIII°. jdus julij.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1367.

1302 d. 8 Sept.

Stockholm.

Hertig ERIKS Gåfvobref på gården Sörby, med underliggande gods, till dess broders, Konung Birgers tjenare, Thorkel Clemensson.

A. 6. a *).

Omnibus presentes litteras inspecturis ERICUS dei gracia dux sueorum, salutem in domino sempiternam. Cum dignum sit ac racioni consonum vt fideliter servientes dignis stipendiorum beneficiis remunerentur et promouentur commodis et profectibus graciosis. Constare volumus tam posteris quam modernis, quod discreto viro thurgillo clemætson famulo dilecti fratris nostri et domini, Domini birgeri regis sueorum illustris dedimus et assignauimus curiam nostram sörby cum predijs infrascriptis, videlicet in eadem sör-

*) Finnes äfven i original, A. 6. a., med sigillen 1, 3, 5, 6 skadade, hängande å pergamentsremsor; No 2, 4, 7, 8, 9 bortfallna; remsorna qvar.

hý duas marchas terre cum vna ora terre tercia parte solidi minus, Jtem in westra sörby vnum solidum terre, Jtem jn orberghum dimidium solidum terre, Jtem jn wallum duos solidos terre cum dimidio, Jtem in Fotsta vnum solidum terre, Jtem jn billistum septem solidos jn torrente dumtaxat ibidem Jtem in gildistum dimidium solidum terre, Jtem in akiste tres oras, Jtem in ballsta quatuor solidos terre, Jtem jn billaberghum duos solidos terre, Jtem jn westraullum dimidium solidum terre, Jtem in alsengum dimidiam oram terre, Jtem in Gardlengio dimidiam marcham terre, Jtem in Eke dimidium solidum terre, Jtem in Norræby duos solidos terre, Jtem in biuranes vnam oram terre et in quastum vnum solidum terre, ac omnia et singula eidem curie attinencia vbicumque sita et inuenta fuerint in agris, pratis siluis, paschuis, piscariis, molendinis et molendinorum locis infra sepes vel extra longe uel prope positis, racione sui fidelis seruicij, tam nobis, quam predicto domino nostro regi impensi, Jure perpetuo possidendam Transferentes in ipsum et suos heredes facultatem eandem curiam possidendi, vendendi, commutandi, seu quocumque modo voluerit ordinandi, Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, quibus apponi petimus sigilla domini nostri regis, dilecte matris nostre domine regine Heluighis, valdemari fratris nostri dilecti, domini thurgilli knutson marscalci, et aliorum nobilium de consilio eiusdem domini nostri regis ad euidenciam pleniorum Datum stokholmis Anno domini M^oCCC^o secundo in natiuitate virginis gloriose.

Sigillen 1, 2, 3, 5, 8, 9 skadade, hängande på olika färgade silkestrådar; de öfriga borta.

1368.

1302. d. 24 Sept.

Konung BIRGERS Skydds- och frihets-bref för Biskopen Brynolfs i Skara gods och å dem boende personer, med försäkran om de friheter, som tillkommo dem, hvilka gjorde Konungen rusttjenst.

A. 3. z.

BIRGERUS dei gracia sweorum Gothorumque Rex, Omnibus presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus euidenter, Quod nos Reuerendi patris Domini Bryniulphi diuina miseracione Episcopi skarensis omnia bona mobilia et immobilia, villicos et colonos, ac personas omnes in eisdem bonis residentes recepimus sub nostram protectionem et tutele gratiam specialem, Reddentes eadem bona, cum personis premissis que silicet pro cotidianis suis vsibus et pro mensa deputauerat, ab omnibus causis et iuribus nomini nostro debitis, videlicet gengiærðh et almænningsøri, ac solucionibus alijs seu inposicionibus quibuscumque, racione fidelis sui seruicij nobis inpensi, et prout speramus